

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France





Icaromenippus siue Hypertiephelus

Erasmo Roterodamo

interprete.

Er mille igitur erant stadia a terra usq; ad lunam, ybi prima nobis fuit mansio. Porro hinc sursum ad solem parasangæ ferme quingentæ. Rursum ab hoc usq; ad ipsum deniq; cœlum, arcemq; Iouis in edito sitam, tantum sere spatii fuerit, quantum aquila probe, succincte, atq; expedi te queat uno die peragere. Amicus. Dic mihi per grazias Menippe quæ sunt ista quæ de astris loqueris ac tacitus tecum supputas? Etenim iamducum te affectas audiosoles & lunas, præterea autem & magnifica ista, mansioes ac parasangas peregrina quædam commemorantem. Menippus. Nemireris Amice si sublimia, aereaq; tibi videror loqui, nā summam apud me reputo nup er actæ peregrinationis. Amic. Nimirum Phœnicum exemplo ut am stellis notaras. Menipp. Haudquaq; per Iouem, quin magis ipsis in stellis sum peregrinatus. Amic. Papæ. longum profecto somnium mihi narras. Siquidē totas edomiisti parasangas insciens. Menip. Quid ais? somniū tibi referre videor, qui modo ab ipso Ioue ipse reuersus ad suum adest e cœlo? Menip. Ita sane. Ego tibi ab ipso illo summo Ioue hodie venio, rebus interim dictu miris, & auditis & conspectis. Quod si non credis, equidem hoc ipso nomine supra modum gaudeo, cum supra fidem esse vis deo meam felicitatem. Amicus. Et quo pacto diuine artis olympie Menippe, mortaliscum sim, ac terrestris queam non credere viro qui nubes superarit, quiq; vt Homericis dicam verbis, iam sit cœlitum e numero unus? Verum illud mihi dicio, si molestū non est, quibus modis in altū subiectus es, aut unde nactus scalas tata magnitudine? Nā quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum

## ICAROME

Similis illi Phrygio, vt coniectare possimus te quoq; ab a<sup>et</sup> quila raptum fuille, quo pocillatoris alicubi munere fungereris. Menip. Non me clam est, te iamdudū irridere. Ne que vero id omnino mirum, si narrationis noutras, tibi fabulæ videatur adsimilis. Cœterū ad consensum nihil mihi erat opus, neq; scalis, neq; vti pueri illius in morem ab aqua raperer, propterea q; alicubi essent propriæ. Amic. Jam vero istud quod narras, vel ipsuni Dædali factū susperat. Siquidem, præter alia, nobis inscientibus, miltius quispiam, aut græculus ex homine factus es. Menip. Res ete Amice, neq; pròcul a scopo conieciisti. Etenī illud Dædali de alis inuentum ipse quoq; sum machinatus. Amic. At interim oīm audacissime non veritus es, ne tu quoque alicubi in mare delapsus, Menippeū aliquod pelagus tibi cognomine redderes, quemadmodum ille Icarion? Meni. Nequaq;. siquidem Icaruscum alas haberet cera adglutinatas, eaq; q; primū ad solem esset liquefacta, diffluxis alis non mirum si decidit. At nobis citra villam ccrā erant penæ. Ami. Istud qui fieri potuit? Iam enim haud scio, quo pacto paulatim me adducis, vt vera videantur, quæ narras. Meni. Ad hunc ferme modum. Aquilam egregie magnam, tum autem & vulturem validum arripuit. His cum alas una cum iphis brachis præsecutissim. quin potius si vacat totius commenti rationem ordine tibi percensebo. Ami. Mihi quidem vel maxime vacat. adeo sublimis a sermone tuo pendo, iamq; ad narrationis finem in hio. Ne vero me negligas per Iouem amicitiae præsidem, auribus in aere suspensum, ob tuam narrationem. Meni. Ausculta igitur. Neq; enim ciuile fuerit, si spectem amicum ore his ante relictum, eumque quemadmodum tu ais ab auribus suspensem. Ego igitur cum expendens ea, quæ sunt in vita mortalium, protinus omnes res humanas reperiisse in ridiculas, humiles, instabiles, nempe opes, imperia, magistratus, cōtemptis his, atq; horum studio adiectoq; animo ad

ea quæ vere sunt bona, conatus sum ab his tenebris emi-  
care & ad vniuersi naturam suspicere. Atq; hic mihi mul-  
tati attulit hæsitationem, primum hic ipse qui a sapienti-  
bus appellatur mūdus. Neq; enim inuenire poteram, neq;  
quo pacto factus fuisset, neq; quo opifice, neq; quod esset  
illi<sup>9</sup> vel initium, vel finis. Deinde cum particulatim contē-  
plarer, multo etiam magis ambigere sum coactus, quippe  
qui vidrem stellas temere per cælum disiectas, tum solē  
ipsum, quid tandem esset, scire gestiebam. Super omnia  
vero, quæ lunæ accidebant, mihi videbantur absurdā ac  
plane mira, putabamq; causam aliquam arcanam & inex-  
plicabilem esse, cur illa subinde speciem formāq; variaret.  
Quin etiam fulgor emicans, tonitru et unipens, tum plus  
vix, nix, grando e sublimi demissa. Videbantur hæc quo-  
q; omnia, coniectu difficultia, quæq; nullis notis deprehen-  
di possent. Itaq; cum ad eum modum esset affectus, opti-  
num factu ratus sum, vt horum vnumquodq; a philoso-  
phis istis perdiscerem. Si quidem existimabam illos verita-  
tem omnem docere posse. Quare cum ex illis præstantis-  
simos delegisset, quantum mihi coniectare licebat, e vul-  
nus auferitate, eq; coloris pallore, ac barbæ profunditate.  
Mirum enim, vt mihi ex ipso protinus aspectu, sublimi-  
loquos quosdam, & cœlestium rerum peritos viros præ-  
se ferebant. His vbi me docēdum tradidisse, magna  
pecunia, quam partim euæstigio præsentē numeraui, par-  
tim tum me persoluturum sum pollicitus, vbi ad philoso-  
phiæ summam pertinetum esset, non grauabar erectus ad  
nugas doc̄. ri, & vniuersi dispositionem discere. At illi  
tantum aberant, vt me pristina liberarent inscitia, vt i ma-  
iores etiam dubitationes cōtecerint, principia nescio. quæ  
ac fines, tum inscibilia, inania, sylvas, ideas, atq; id gen<sup>9</sup>  
alia mihi quotidie offendentes. Verū illud interim mihi  
videbatur oīm esse grauissimum, quod cū nihil inter illos  
conveniret, verum pugnantia diuersaç; inter se oīa loque-  
rentur, tñ postulabant, vt sibi fidē haberē, ac ad suāq; ra-

## ICAROME

tionem me conabatur adducere. Amic. Rem absurdam narras. Si viri cum essent sapientes, inter se de rebus factis dissidebant, neque de iisdem eadem probabant. Menip. Atqui rideres amice, si audieris illorum arrogatiā et in differendo prodigiosam confidentiam. Qui quidem cum humi ingredenter, nihiloque prestantiores essent nobis qui super terram ambulamus, ne cernentes quidem acutius quam quis alius astans, nonnulli cæcutientes etiam senio atque inertia, tamen & cœli terminos perspicere sese profitebantur, solem quoque ipsum dimetientes, & ea quæ supra lunam sunt aggredientes. Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum, & figuram explicabat. Ac saepenumero cum forte ne illud quidem certo sciret, quot stadiis a Megara abessent Athenæ, tamen spatiū quod interest inter solem & lunam, quot esset cubitorum, audebant pronunciare. Tum aeris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes. Ad hæc circulos depingebant, ac triangulorum figuras super quadrangulos induentes, neque non sphæras quasdam picturatas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam vero illud an non insulsum & insignis arrogantiæ! quod cum de rebus usq[ue] adeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quasi conjecturis ducantur, verum supra modum contendunt, neque ullum vincendi locum aliis relinquunt, tantum non iureluran do confirmantes solem massam esse candescatam, incoli lunam, stellas aquam potare, idque sole veluti situla quadam per funem demissa vaporem e mari attrahente, atque illis omnibus ordine potum distribuente. Nam quanta sit in dictis pugnacia, id haud difficile fuerit cognoscere. Iam mihi specta per Iouem, num illorum decreta inter se consentiant, ac non magis longissimis dissita interuallis. Quando quidem primum de ipso mundo varia est sententia, cum aliis & ingenitus & nunquam interitus esse videatur. Rursum alii & opificem illius & fabricandi modum eloqui sint

ausi. Quos equidem cum primis admirabam, propterea q̄ cum deum quendam rerum omnium opificem p̄aeponissent, non illud etiam adderent, vel vnde is esset profectus, aut vbi loci consisteret, cum omnia fabricaretur. Nam ante vniuersi exortum nō possis vel tempus vel locum imagiari. Amic. Prorsus audaces quosdam Menippe homines ac prodigiorum autores mihi narras. Menip. Quid autem, si iam audias vir optime quæ differant, & de Ideis, & de incorporeis tū quæ de finito & infinito nū gantur? Nam & his de rebus acriter inter si digladiantur. Dum alii sine circuscribunt vniuersum, alii contra finem illud nescire existimant. Quin insuper quidem ex istis cōplures esse mundos demonstrabant, damnantes eos qui de hoc velut vno quopiam illorum disputarent. Rursum alius nescio quis vir haud quaq̄ amicus paci, bellum rerum omnium parentem esse censebat. Nam de diis, quid attinet loqui! Cum his deus esset numerus, illi rursus per canes & anseres ac platanos deierarent. Deinde alii reliquias omnibus diis expulsis vni soli rerum omnium imperium tribuebant, ita vt mecum etiam animo discruciarer, cum tantam audirem deorum inopiam. E diuerso alii liberaliores multos deos faciebant, ac dissectis illis hunc aliquem printum deum appellabāt, his secundas aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc, alii incorporeum quiddam & in forme putabant esse numen, alii corpus esse imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione, vt putarent diis esse curæ res mortalium, verum erat nonnulli, qui eos omni cura liberantes, haud aliter atque nos cōsueimus ætate defectos a ministeriis dimittere, nī hilo aliusmodi eos inducūt, q̄ culus odi in comediiis induci solent satellitia. Iam alii superantes hæc omnia, ne esse quidem villos omnino deos credebant, sed mūndū nū lodomino nulloq̄ duce temere ferri sinebant. At qui cum hæc audiebam, verebam non habere fidem viris altifremis,

## ICAROME

ac probe barbatis. Neq; tamen inueniebam, ad cui<sup>9</sup> dicta  
me verterem, vt aliquam illorum sententiani nanciseret  
irreprehensam, ac nequaq; ab alio subuersam. Itaq; plane  
tandem homericum illud mihi v su veniebat. Nam s<sup>e</sup>p  
numero anim<sup>9</sup> incitabat, vt huic alicui illorum crederem,  
scd me mens diuersa vetabat. In quibus omnibus, cum p-  
plexus hesitarem, desperabam futurum, vt super his verū  
aliquid in terris audirem. Cæterum v nica tantum via vni  
uersa dubitatione liberari posse, si ipse alis aliqua ratione  
additis, in cœlum ascenderem. Eius rei conficiendœ spes  
mihi præbuit primum ipsa cupiditas, deinde fabularum  
scriptor Aesopus, qui aquilis ac scarabeis, interdum & ca-  
melis coelum adiri potuisse demonstrat. Verum vt mihi  
ipsi alae prouenirent aliquādo, id nulla ratione fieri posse  
videbatur. Cæterū si vulturi, aut aquilæ alas induisse, hu-  
nam has solas sufficere ad humani corporis modum, fuit  
rū forsitan vt mihi succederet experientia. Itaq; correptis  
auibus, alteri dexteram alam, porro vulturi sinistram am-  
putau, idq; admodum scite. Deinde cum obligasssem, hu-  
merisq; loris validis accommodasssem, tum summis pénis  
ansas quasdam manibus inserendis addidisse, meipius  
periculum faciebam, primum subsiliens, ac manibus inte-  
rim subseruiens, & anserum exemplo paulum adhuc a ter-  
ra volatu me sustollens, inter volandum summis interim  
pedibus ingrediens. Postea cum res ex animi sententia suc-  
cederet, iam audacius etiam experimentum aggrediebar,  
conscensaq; arce demisi metplum per præceps, atq; inde  
in ipsum ferebar theatrum, mox vbi nullo periculo deuo-  
lasssem, sublimia iam & ardua cogitari cepti, ac tollens me  
a Parnethio, siue Hymetto ad Geraneam vfcy volabā, rur-  
sum inde ad Acrocorinthum subuolauit, deinde supra Pho-  
loen & Erymāthum ad Taygetum vfcy. Ergo cum tādem  
audax facinus satis essem meditatus, iamq; perfectus & al-  
tiuolus euasissim, non amplius de pullis imitandis cogita-

## NIPPVS.

ham, verum consenso Olympo, cibo q̄ leuissimo pastus,  
inde recta in coelum tendere coepi, initio quidem oborta  
oculorum vertigine, ob profunditatem, & postea ferebam,  
& hoc quoq; facile. Verū vbi iam ipsi lunae vicinus essem  
plurimumque nubium esset emensus, sentiebam me de-  
fatigatum, maxime in ala sinistra, nempe vulnerina. Huc  
igitur diuerti, ac super eam insidens requiescebam, in ter-  
ram interim e sublimi respiciens, neq; secus q̄ Homericus  
ille Iuppiter nunc bellacum Thracum regionem despici-  
ens, nunc Myzorum, mox (si libuisse) Græciam, Persidē,  
Indiamq; ex quibus omnibus varia quadam voluptate  
perfundebar. Amicus. Ergo ista quoque narrabis Me-  
nippe, ne vlla prorsus peregrinationis parte fraudemur,  
quoniam potius si quid obiter in itinere cōspexisti, fac ut hoc  
quoque sciamus. Nam ego sane haud mediocria dicturū  
te expecto, de terræ forma, deque omnibus, quæ in terra  
sunt, cuiusmodi tibi visa sunt, ex alto contemplati. Me-  
nippus. At tu quidem recte conjectas amice, quamobrem  
quatenus licet consensa luna inter narrandum peregrinā  
ri comes esto, simulque mecum contemplare totam terræ  
speciem habitumq;. Atq; initio quidem admodum pusil-  
lam quandam terram mihi videre videbar, multo inquā  
luna minorem, ita ut ego repente intentis oculis, diu dubi-  
tarem vbinam essent tanti illi motes, ac tantum mare, qd  
nt Rhodiorum colossum conspexisse, tum Phariam  
turrim, haud dubie prorsus vbinā esset terra me prorsus  
latuissim. Verū ista quod sīt sublimia, præq; cæteris emi-  
nentia, præterea oceanus paulatim ad solē resplendescens  
indicabant terram esse id quod videbam. Mox vbi fixius  
intenderem oculos, iam mihi omnis mortaliū vita coe-  
pit esse conspicua, nō solum singulæ nationes atq; urbes,  
sed planè videbam nauigantes, bellantes, agricolantes, litigantes  
mulieres, feras, & ut summatim dicam  
Quicquid tellus educat alma.

## ICAROME

Amic. Ista quæ nunc dicas haud quaq; sunt verisimilia, ac secum pugnantia. Etenim quum paulo ante Menippe ter ram requireres propter ingens in medio interuallum in arctum contractam, adeo ut nisi colossus tibi fecisset indi ciuum, forsitan aliud quiddam videre te credidisses, qui re pente factus lynceus, cuncta quæ sunt in terra dignoscis, homines, feras, ac propemodum etiam culicum nidos! Me nip. Recte tu quidem admones. Nam quod maxime di cillum oportuit, id nescio quo modo præterii. Siquidem cum ipsam quidem terram conspectam agnoscerem, cæ terum relata non possem perspicere propter altitudinē, nimis iam non pertingente oculorum acie, grauiter ea res me discruciat, ac vehementer perplexum habebat. Ego cum ad hunc modum essem sollicitus, ac propemo dum etiam lachrymarer, adeo a tergo sapiens ille Empedocles, ea specie, ut carbonarium quempiam esse diceres, cinere oppletus atq; exustus. Hunc ego cum vidi sem (di cendum est enim non nihil) perturbabar, rat⁹ dæmonem aliquem lunarem videre me. At ille. Bono inquit es ani mo Menippe. Nullum ego sum numen, quid me immor talibus æquas! Sum Empedocles ille physic⁹, etenim vbi me præcipitem in crateras iniecisse, fum⁹ ab Aetna rap ptum hoc subuexit. Itaque nunc lunam incolo, aeriuagus plærung⁹, ac rōre victito. Adsum autem hæsitantiam istā tibi adempturus, nam illud (ni fallor) male te habet, tor quetq; quod non liceat tibi perspicue terram cernere. Bene abs te factum est inquam optime Empedocles, vbi pri mum deuolaro rursus in Græciam, tui memor sacrificabo tibi in sumario, atq; in nouiluniis ter ad lunam inhiās vota faciam. Imo per Endymionem inquit ille haud huc accessi præmit gratia, sed affectio quædam mouit animū meum cū te viderem affectum molestia, verū scis quid fa cies, quo perspicax sis? Non per Iouem inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem amoueas ab oculis, nam in præ

## ICARO

sentia videor non mediocriter lippire. Atq; me, inqt ille,  
nihil erit opus. Etenim vt acute videoas id ipse tecum e terra  
allatum habes penes te. Quid igit; est istud inquam? neq;  
enim noui. An ignoras, inquit, te dextram aquilæ alam  
indutum esse? Scio inquam maxime, sed qd alæ cum ocu-  
lo? Qm, inquit aquila inter animantia cætera acutissimi  
visus est, vnde sola solē aduersū obtuet, atq; ita demū est  
rex & ingenua aquila, si non cōniuentibus oculis aduersus  
radios aspiciat. Ita quidē aiunt inquā, quare tā me poemis-  
ter, q non meis exēptis oculis aquilinos iſeruerī, cū huc ascē-  
derē. Nā nunc sane dimidiatus aduenio, neq; omni ex par-  
te satis regaliter adornatus, quin magis ad silīs videoor no-  
this istis & abdicatis. Attī in te est, inquit, vt p̄tinus alterū  
oculum regalem habeas. Etenī si assurges, velisq; cohibi-  
ta vulturis ala, alterā solam mouere, iuxta pportionē alæ  
dextro oculo cernes acute, quo minus altero cæcutias, nul-  
la ratione succurri potest, propterea q; ad partem pertine-  
at deteriorem. Mihi, inquam, satis est, si uel dextra ex par-  
te aquilino more cernam. Nihilo enim fuerit deterius, cū  
mihi non raro vidisse videoar fabros altero oculomelius  
etiam ad regulam exæquantes ligna. Hæc locutus simul  
ea faciebam quæ præceperat Empedocles. ille interim pau-  
latim subducens se sensim in fumum, euanuit. At simul  
atq; mouisse alam, ingens lumen mihi circumfulsit, adeo  
vt cuncta fierent in conspicuo, quæ hac tenus latuerāt. De  
flexis igitur in terram oculis, clare videbam & vrbes, & ho-  
mines, & quæ siebant, neq; solum ea quæ sub diō, verum  
etiam quæ domi faciebant, rati se se a nemine videri. Ptole-  
mæum vidi cum sorore rem habentem. Lysimacho stru-  
entem insidias filium. Antiochum Seleuci filium nouer-  
tæ clanculum innuentem. Theſſalum Alexandrū ab uxo  
re tolli e medio. Antigonum filii vxorem adulterio stu-  
prantem. Attalo venenum porrigentem filium. Rursū ex  
altera parte Arsacen interficiente mulierculā, & Arbacen

enuchum gladiuni edacentem in Arsacem. Porro Spartius  
Medus e conuilio feras protrahebatur a satellitibus,  
calice aureo in frontem impacto . Atq; his ferme consta-  
militatum in Libya , tum apud Scytas ac Tharces in regi-  
is geri licebat cernere. Nempe adulterantes, occidentes, in-  
sidiates, rapientes, peierantes, trepidantes, nonnullos ab  
intimis amicis p̄di. Ac regum quidem negotia h̄mōi mil-  
hi spectaculum exhibebant. Cæterūq; factitabant plebeis lo-  
ge magis erant ridicula. Siquidem & iter hoc videbā Her-  
modorum Epicureum ob mille nammum peierantē. Aga-  
tho elem Stoicum de mercede discipulum in ius vocantē.  
Cliniā rhetorem ex Aesculapio fano phialā auream suffu-  
ranten. Herophilum Cynicū in fornice dormientē. Quid  
enim alios cōmemorem, qui parietes perfoderent, qui litos  
agitabant, qui foenerabant, qui reposcerent? Nam variū  
quoddam & vndiq; mixtum erat spectaculum. Ami. Atq;  
recte facies Menippe, si ista quoq; retuleris. Consentaneū  
est enī te ex his nō vulgarem cepisse voluptatem. Menipp.  
Ne fieri quidem potest Amice ut cuncta ordine recensēā,  
quum spectare modo ista fuerit difficillimum, verūm re-  
rū fastigia eiusmodi ferme videbātur, qualia refert Homer  
rus in clypeo, vbi erant coniuia nuptiæq;. Altera ex par-  
te iudicia, & conciones. Rursum alia ex parte sacrificabat  
quispiam. In proximo vero conspiciebatur aliquis luctū  
agens. Porro cum ad Geticam respicerem, videbam bellū  
gerantes Getas. Rursum ubi ad Scytas defleterem, cerne-  
re erat errantes in plaustris . Mox vbi paululum in diuer-  
sam partem deflexisse oculum, spectabam agricolantes  
Aegyptios. Phoenix scortabatur. Cilix latrocinabatur.  
Lacon loris cædebat. Atheniensis causas agebat. Hæc om-  
nia quum eodē tēpore gererentur, cogita nunc cuiusmōl  
visa fuerit retū confusio. Non aliter, q; si q; producat mul-  
tos saltatores, vel potius multas choreas deinde præcipiat  
vt omisso concentu propriam quisq; cantationem canat.

Deinde si certatim canat unusquisque & peculiarem suum cantum absoluere studeat, vocisq; magnitudine vicinum superare contendat, cogita tecum pro louem cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. Amic. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. Menippe. Atqui amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt, omnique mortalium vita ex huiusmodi constat discrepancia, quippe quod non modo sonent absonta, verum & ornatu sint dissimili diversaque moueant, neque quicquam idem cogitent, donec choragus omnes e scena exigat, negans diutius choreas duces re oportere. Id ubi factum est iam omnes sunt inter se similes, taciti, nec amplius confusam illam & icompositam canentes canticum. Verum in vario ipso ac multiformi Theatro, videlicet ridicula erant quae gerebantur omnia, praecipue vero mihi risum mouebant ii, qui de agrorum finibus continebant, quod sibi placerent hoc nomine, quod Sicyoniam agrum colerent, aut quod Marathonis eam partem habarent, quae est iuxta Oenoen, aut quod in Acarnania iugerum mille possiderent. Cum unituera Graecia, quemadmodum id temporis mihi e sublimi despiciendi videbatur, quatuor digitorum spatium habere videretur. Attica nisi fallor proportione, minima pars erat. Itaque perspexi quid esset reliquum, quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quod plurimum agri possidebat, vix unam ex Epicureis Atomis colere mihi videbatur. Cæterum ubi ad Peloponnesum flexissem oculos, deinde terram Cynosuræ subiectam aspexisse, veniebat in mentem pro quantula regione, quae nihilo esset latior lente Aegyptia, tam ingens Argiorum ac Lacedæmoniorum multitudo cecidisset uno die. Porro si quem conspexisse auro superbientem, quod annulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam pangæum uniuersum una cum ipsis metallis vix erat magnitudine micæ. Amicus. O te felicem Menippe, qui tam nouum spectaris spectaculum Sed age

## ICAROME

dic mihi per Iouem, ciuitates atque homines ipsi, quanti videbantur, ex alto contemplanti! Menippus. Equisdem arbitror te saepe numero formicarum concionem vidisse. Aliquas in orbem obambulantes, nonnullas exeuntes, rursum has in ciuitatem redeuntes. Atque haec quidem sum exportat, haec calicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatum frumenti granum currens apportat. Consenteaneum est autem pro ratione vitæ formicarum, esse apud illas & aedium fabros, & concionatores, & magistratus & musicos & philosophos. Sed urbes sane cum ipsis viris, formicarum nidis maxime videbantur adsimiles. Quod si tibi videtur humilius exemplū, uiros cum formicarum republica conferre, vetustas Thessalorum fabulas specta. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam e formicis viros natos esse. Iam posteaquam satis spectata sem omnia, satisque risissimam, excusili meipsum, subuolauit.

Ad reliquos diuos Iouis altitonantis in aedes.

Nondum stadium ascenderam, cum luna sceminea sonans voce Menippe inquit, ita tibi contingent quæ optas. Inserui mihi in re quapiam apud Iouem. Dic inquam, neq; enī erit molestum, nisi si quid oneris sit portandum. Nuntiū inquit quandam haud grauem ac petitionem meo non. in ne Ioui perferes. Enecor Menippe, & multa, & intoleranda ab istis philosophis audiens. Quibus præterea nihil est negotii, nisi ut curiosi res meas exquirant. Quæ sim, quanta sim, & quam ob causam disseccer, dimidiataq; si: m, curq; vtrinq; gibbosa videar. Tum hi me dicunt inhabitari, illi speculū ritu, supra mare suspēsanū esse. Alii rurp; qd; quisq; secum excogitarint, hoc mihi tribuunt. Postremo ipsum quoq; lumen aiunt mihi & furtiuum esse & adulterinum, quodq; superne a sole proficiscatur, neq; finem faciunt etiā cū hoc qui mihi frater est cōmittere me, & factionem iter nos serere conantes. Neq; satis erat illis, quæ de ipso dixe

runt sole, saxum esse illum, & massam cādente. Et tamē  
q̄ multarum rerum illis sum conscientia, quas noctu patrant,  
turpissimas & execrandas, cum interdiu tetrici sint, & aspe-  
ctu virili, habituque graues & imperitorum oculos in-  
se coniectos habentes. Atque ego cum ista videam, si-  
leo tamen. Neque enim decorum arbitror, retegere atque  
in lucem efferre nocturnas illas diatribas, & quam quis-  
que in operto vivat vitam. Quinetiam si quem conspice-  
rem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quam  
maxime nocturnum audentem, continuo contracta nu-  
be tegebam, ne vulgo ostenderem, uiros senes, ea geren-  
tes quae neque barbae prolixæ, neque virtutis professioni  
essent decora.

At istis pro nihilo est oratione me discerpere, modisq̄ oni-  
bus contumelia afficere, adeo ut testis est mihi nox ipsa sae-  
pius in animo habuerim q̄ possem hinc longissime demī  
grare quopiam, vbi liceret curiosam istorum ligiam effi-  
gere. Hæc igitur memineris ut Ioui renunties, simulq̄ il-  
lud addas ne fieri quidem posse, ut hoc ī loco durem, nisi  
physicos illos comminuat, dialecticos occludat, Stoam  
demoliatur, Aca demiam exurat, quæ in Peripato haben-  
tur, diatribis finem imponat. Siquidem ad hunc deniq̄ mo-  
dum fiet, ut mihi paretur quies, desinantq̄ me quotidie  
cōmetiri. Fient inquam quæ mandas, simulq̄ recta ad ip-  
sum cœlum tendebam,

Nulli vbi comparent hominumve boumve labores.  
Etenim paulo post ipsa etiam Luna mihi perpusilla uide-  
batur e sublimi. Tandem & terrā obtexerat. Porro relicto ad  
dextram sole, per ipsas volans stellas tertio die ad cœlum  
perueni. Ac primum quidem mihi visum est, proti-  
nus ita ut eram introire, ratus facile fieri posse ut fallerem,  
quippe dimidia mei parte aquila. Porro aquilam sciebam  
iam olim esse Ioui familiarem. Post apud me perpen-

debam illos plurimum deprehensuros esse me, qui alteram alam vulturinam induitus essem. Quapropter optimum factu ratus, non temere venire in periculum, adiens pulsui fores. At Mercurius auditio pulsu, ac nomen per contatus meū, festinato abiit Ioui renunciaturus. Nec multo post introrium accersitus, magnopere puitans ac tremens. Offendoq; deos omnes pariter confidentes, nec hos absq; sollicitudine. Non nihil enim animos illorum turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantum ante, nunq; expectabant futurum, vt mortales omnes mox aduenirent, ad eundem modum alati. Porro Iuppiter ad modum terribili vultu, toruoq; & Titanico me obtuens, inquit. Quisnam es, & vnde uenis? vbinam vrbs tibi, qui ue parentes? Hoc vbi audissem, propemodum metu sum exanimatus. Attamen constitui stupidus, præq; vocis magnitudine attonitus. Aliquanto post ad me reuersus, omnia dilucide exposui, ab ipso exorsus capite. Quemadmodum concupissem sublimia illa cognoscere. Quemadmodum accessissem ad philosophos, quemadmodum pugnatio loquentes audissem. Quemadmodum desperassem distractus illorum dictis. Deinde meum inuentum, tum alas reliquaq; omnia, vsq; ad ipsum coelum. Post omnia addidi quæ luna mandarat. Itaq; ridens Iuppiter exorrectis aliquantum superciliis, quid dicas inquit de Oto & Ephialto, cum ausus sit & Menippus in coelum ascendere? At in praesentia quidē, te ad hospitiū consuetudinem inuitam. Cras inquit, super his quorum gratia huc aduenisti, dato responso dimittemus, simulq; cum dicto surgens, ibat ad eam coeli partem vnde maxime omnia poterant exaudiri. Iam enim tempus erat, vt votis audiendis consideret. Atq; Interim inter eundum percontabatur me super his negotiis, quæ essent in terra, ac primum quidem illa. Quantu[m] nūc vænit triticum in Græcia. Et num superior hyems grauiter vos tetigit. Et num holera egent hambre copiosiore.

## NIPPVS.

Subhæc rogabat, nunquis adhuc supererisset e Phidiæ generere. Et quam ob causam Athenienses tot annos Iouialia intermissione, & num in animo haberent Olympium sum absoluere. Et num essent comprehensi, qui templum Dodonæum sacrilegio spoliassent. Ad ea cum respondissesem, Dic mihi (inquit) Menippe, de me vero quam habet homines opinionem? Quam inquam o here, nisi maxime piam, nimirum omnium deorum regem esse te. Ludi tu quidem inquit. Cæterum ego contentionem illorum probe noui, etiam si nihil fateare. Siquidem fuit olim tempus cum illis & vates esse uiderer, & medicus. In summa vobis eram omnia. Tum Iouis plenæ erant, & viæ omnes simul & mortalium conciones. Pisa ac Dodona splendidæ erant ac conspiciebæ omnibus. Porro præsumo sacrorum nec attollere oculos mihi licebat. Verum posteaq; Apollo apud Delphos constituit oraculum, Aesculapius medecinae officinam Pergam, simul atq; Bendidium natum est in Thracia, Anubis templū in Aegypto, Diana apud Ephesios, ad ista quidem concurrunt omnes, solemnies conuictus celebrant, Hecatombas offerunt, mihi vero tanq; ætate defecto, abunde magnum honorem habuisse se putant, si solidio quinquennio sacrificarint in Olympia. Proinde vide as aras meas frigidiores, q; sint vel Platonis leges vel Chrysippi Syllogismi. Huiusmodi quæpiam confabulati in eum peruenimus locum, ubi confessurus erat ad exaudienda uota. Erant autem ordine sitæ fenestræ, cuiusmodi sunt ora puteorum, habentes opercula, iuxta vnamquang; sella posita erat aurea. Itaq; Iuppiter cū ad pīmā assedit, detracto operculo præbuit sese petebib. Optabant autē ex oī vndiq; terra diuersa, variaq;. Nā ipse quoq; admotis piter aurib; simul audiebam vota. Erant autem huiusmodi. O Iuppiter contingat mihi regnum. O Iuppiter contingat cepas & allia mihi prouenire. O Iuppiter vtinam pater mihi brevi moriatur. Rursum alias aliquis dicit, Utinam existam

## ICAROME

hæres vxoris. Vt inā nemo resciscat me struxisse insidias fratri. Contigat mihi vincere litē. Coronari Olympia. Porro ex his qui nauigabant, hic optabat vt spiraret Boreas, ille vt notus. Agricola optabat pluuiam. Contra fullo solem. At Iuppiter audiens, & singula uota diligenter expēdens, non omnibus pollicebatur.

Verum hoc concessit Saturnius, abnuit illud.

Nam iusta vota per os fenestræ sursū admittiebat, admissa ad dextram statuens. Rursus iniqua remittebat irrita, flatu deorsum redigens, ne possint ad cōclum accedere. Sub per uno quodam voto videbam illum etiam ambigentē. Etenim cum essent duo, qui diuersa peterent, & quales victimas pollicitantes, non inueniebat vtri potius annueret. Itaq; iam academicon illud illi accidebat, vt nihil statuere posset. Verum exemplo Pyrrhonis suspensus hæbat etiam ac confyderabat. Porro cum iam satīs vota proponentibus dedit set operam, ad proximam digressus sellam, & ad secundam fenestram, prono capite fœdera ferientibus, ac iurantibus dabat operam. Vbi his quoq; responsū esset, ac Hermودorum Epicureum fulmine comminuisset, ad proximā deinde sellam sese transtulit, de diuinationibus omnibus & auguriis auditurus. Hinc ad sacrificiorū fenestrā transiit, p quā sumus ascēdens denunciabat loui nomen vniuscuiusq; qui rem diuinam faceret. Rursum omisis his, ventis & horis mandabat, quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgorato, apud Græcos ningito. At tu Borea spira, in Lydia. Tu note quiesce. Zephyrus Adriani vndas concitet. Tum in Cappadociam grandinis mille modii dispergantur. Tandem omnibus ferme ordinatis, discedebamus in eum locum vbi compotant dii. Iam enim cœnæ tempus erat. Meque Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Panem & Corybantes & Attim ac Sabazium, inquiliinos istos & ancipites deos. Interea Panem exhibebat Ceres,

Bacchus vinum, Hercules carnes, myrtum Venus. Neptunus Menides, simul interim & ambrosiam & nectar furem degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, vt est hominum amans, si quando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum vnum, nonnunq[ue] etiam duos mihi infundebat. Dii vero quemadmodum alicubi dixit Homerus, & ipse opinor, vt ego illuc conspicatus neque frumentum edunt, neque potant nigrantia vina, verum ambrosiam apponunt, & nectare inebriantur, præcipue vero gaudent vesci sacrificiorum fumo, vna cum ipso nido te, subuolante ad hæc sanguine victimarum, quem sacrificantes aris infundunt. Cæterum inter cœnandum & Apollo cithara canebat, & Silenus Cordacem saltabat, & musæ surgentes in medium tum Hesiodi Theogonias nobis canebant, tum primum ex Pindaricis hymnis odam, deinde omnium saturati requieuiimus, quo quisq[ue] sedemus loco, satis vuidi potu.

At reliqui noctem diuiq[ue], hominesq[ue] per omnem dormibant, me nequaq[ue] sopor altus habebat.

Verum mecum animo versabam cum alia permulta, tum illa præcipue, qui fieret, vt Apollini tanto iam tempore non proueniret barba, aut quo parto nasceret nix in coelo, cum sol semper adesset, vnaque conuicuum agitaret. Ac tum quidem pusillum obdormiri, mane vero surgens Iupiter iussit indui concionem, mox quum adessent omnes sic farier insit. Vti vos conuocarem in causa fuit hospes hic qui heri aduenit, verum quum alioqui iam olim mihi fuerit animus communicare vobiscum de philosophis, maximeque vero a luna, hisque de quibus illa queritur commotus, statui haudquaquam diutius prorogare consultationem. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in vita fluitare cœpit, incers, contentiosum, gloriæ auidam, iracundum, gulæ studiosum, stultum, fastuosum, contumeliosum, & ut verbis Homericis dicam,

Telluris inutile pondus.  
 Isti igitur i sectas diuisi, ac variis rationum labirynti sex  
 cogitatis, alii sese Stoicos appellant, Academicos alii, alii  
 Epicureos, alii Peripateticos, aliis item vocabulis his mul-  
 to magis ridiculis. Deinde ubi venerandum illud virtutis  
 nomen induerint, tum adductis in altum superciliis pro-  
 missaque barba, fucato habitu obambulant, detectandos  
 mores secum circumferentes, simillimi nimirum istis Tra-  
 goediarum histriionibus, quibus si personas stolamq; il-  
 lam auro sparsam detraxeris, quod supereft, id ridiculum  
 est, nempe homunculus septem denariis ad agonem con-  
 ductus. At qui huiusmodi quum sint mortales quidē uni-  
 uersos aspernantur, de diis vero absurdā prædicant, con-  
 tractisq; coetibus adolescentiolorum, quos nihil negotii sit  
 fallere, nobilem illam virtutem ostentant, & verborum a-  
 biguitates docent, atq; apud discipulos temperantiam sem-  
 per ac modestiam laudāt, opes ac uoluptatem execrantur,  
 cæterum ubi soli & apud sese esse cœperint, quid attinet  
 dicere, quantopere sese ingurgitent, q; immodici sint ad  
 venerem, quemadmodum autem etiā afflum sordes ob-  
 lingant! Iam illud est omnium grauissimum, q; cum ipsi  
 nihil agāt, neq; publicum, neq; priuatum, sed inutiles ac su-  
 peruacanei delideant. Nusquam in consiliis, nusq; nume-  
 rentur in armis, tamen reliquos accusant ac virulentis qui-  
 busdam dictis congerentes, neq; non maledicta quædam  
 meditati, obiurgant, proximisq; conuitantur. Adeo ut is  
 inter hos primas tenere videatur, qui clamorissimus sit &  
 impudentissimus & ad maledicendum audacissimus. At sa-  
 ne si quis istum sine fine ista facientem, uociferantem, &  
 cæteros incusantem percontetur, ad hunc modum. Tu ue-  
 ro quid tandem facis? Aut quid per deos dicemus te ad  
 vitam conferre? Nimirum respondebit, si modo recta ve-  
 raq; fateri volet, hoc modo. Nauigare quidem, aut agros  
 colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi, superua-

neū mihi videtur. Cæterum clamo, squaleo, frigida lauo,  
incalceatus per hyemem obambulo, ac veluti Momus ille,  
q̄ ab aliis gerunt calūnior. Ac si q̄s diuitum sumptuosius  
opsonarit, aut amicā habeat, id exqro, atq̄ idignor. Quod  
si amicorū q̄ spīā aut sodalium, morbo decūbat curaç &  
obseq̄o egeat, id ignoro. Hoc gen⁹ sunt nobis o dīi hæ pe  
cudes. Iam vero q̄ ex his vocantur Epicurei, vehemēter  
sūt etiā cōtumeliosi, neq̄ mediocriter nos mordēt affirmā  
tes neq̄ dīis esse curæ res mortaliū, neq̄ oīno cōsyderari a  
nobis qd apud illos agat. Quas ob res tēpus est vt de his  
cōsultemus, propterea q̄ si semel valeant hæc persuadere  
tis q̄ sunt in vita, non mediocriter esurietis. Quis enī post  
vobis rē diuinā faciat, cū nihil inde expectet emolumenti?  
Nam de qbus Luna hos accusat, oīs audistis heri narrante  
hospitē. Super his consultate, quæ pariter & hoībus sint q̄  
vtillisima, & nobis q̄ minime piculosa. Hæc locuto Ioue,  
frequēs adfremebat cōcio, mox clamatū est ab oībus efful  
mina, exure, cōminue, ī barathrū in tartarū, vt gigātes. At  
Iuppit'ursū indicto selētio, siēt ista inqt, quēadmodū vul  
tis. Oīs cōminuentur cū ipsa sua dialectica. Quanḡ in p̄  
sentia sane, fas non est punire quenquā. Est enī Hierome  
nia sicuti nostis, quatuor hos menses. Iāq̄ inducias pīmul  
gati. Itaq̄ pro ximo anno ineunte vere, mali male p̄dēt  
formidando fulmine.

Sic ait atq̄ superciliis pater annuit atris.

Porro de Menippo hæc mihi uident̄ inqt, vt adēptis illi  
alis nequādo denuo redeat, a Mercurio deferat̄ in terram.  
Hæc locut⁹ dimisit coetū. Me vero Cyllenius aure dextra  
suspeſū heri circiter vesperā cēposuit ī Ceramico. Audisti  
oīa, oīa īquā amice q̄ e cōelo mecū adfero. Quare abeo iā  
eadē hæc renūciatur⁹ philosophis in Poecila inābulātib⁹.

F I N I S.

c i

NECRO

MENIPPVS SIVE NECRO  
MANTIA LVCIANI  
THOMA MORO  
INTER  
PRETE.

Menippus, Philonides.

Menippus.

Alue atrium, domusq; vestibulum meæ.

Vt te lubens aspicio luci redditus.

Philo. Numnā hic Menippus est canis ille! Nō  
hercle ali⁹, nisi ego forte ad Menippos omneis  
hallucinor. At quid sibi vult habitus huius in  
solentia? clava, lyra, leonis exuiae? Adeundus  
tamen est. Salve Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est  
q; in vrbe non vidimus. Menipp.

Adsum reuersus mortuorum e latibulis.

Foribusq; tristium tenebrarum nigris.

Manes vbi inferi manent superis procul.

Philo. O hercules clam nobis Menippus vita functus est,  
reuixitq; denuo! Menipp. Non, sed meaduc viuum re-  
cepit tartarus. Philo. Quænam causa tibi fuit nouæ huius  
atq; incredibilis viæ?

Menipp. Iuuenta me incitauit, atq; audacia.

Quam pro iuuenta haud paululum impotenter.

Philo. Siste o beate Tragica, ab iambis descendens sic pos-  
tius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis, quæcaus  
tibi itineris inferni fuit, quum alioqui neq; iucunda, neq;  
delectabilis sit via. Menipp.

Res dilecte grauis me infernas egit ad umbras.

Consularem manes ut vatis Tiresiae.

Philo. Atqui delyras, alioqui non hoc pacto caneres apud  
amicos consarcinatis versibus. Menippus. Ne mireris ami-  
ce, nuper enim cum Euripi de atq; Homero versatus,

## MANTIA.

nescio quo pacto versibus sic implet⁹ sum, vt numeri mihi in os iua sponte confluant. Verum dic mihi quo pacto res humanæ hic se habent in terris; & quidnam in vrbe agitur? Philo. Nihil noui. Sed quemadmodum prius actabant, rapiunt, peierant, fœnerantur, vsuras colligunt. Menippus. O miseri atq; infelices. Nesciunt enim, qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesq; forte iacti sunt in diuities istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. Philoni. Quid ais? Nouine aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? Me nippus. Per louem, & quidem multa, uerum prodere non licet, neq; arcana quæ sunt, reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. Philo. Nequaq; Menippus per louem, ne amico sermonem hunc inuidreas. Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatum præterea sacrissimæ edisseres. Menippus. Dura profecto iubes, & neutiq; tuta, uerum tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuities istos ac pecuniosos aurū tāq; Danaen seruantes abstrusum. Phulonides. Ne prius o beate quæ sunt decretæ dixeris, q; ea percurras omnia quæ abs te audire libentissime velim. Quæ videlicet descensus causa fuerit, quis itineris dux, deinde ex ordine & quæ illic uideris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te, qui uix res pulchras videndi curiosus sis, & eorum quæ visu aut auditu digna videbantur, nihil omnino prætermissee. Menippus. Parendum etiam in his tibi est. Nam quid factas, urgente amico? Ego igitur quum adhuc puer essem, audirem⁹ Homerum atq; Hesiodum, seditiones ac bellacanentes, non semideorum modo, sed ipsorum eriam deorum, adulteria quoq; violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias. Haec me hercle omnia bona pulchraq; putabam, & studiose erga ea afficiebar. Postq; vero in virilem iam ætatem peruenire, hic leges rurſq; iubentes audio poetis apprime cōtra-

c. ii.

## NECRO

ria, neq; videlicet adulteria committere, neq; seditiones mouere, neq; rapinas exercere. Hic igitur hæc sitabundus consti*ti*, incertus omnino quo me pacto gererem. Neq; enim deos unquā putau*i* moechaturos aut seditiones inūcem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis fudicassent. Neq; rursus legum latores his aduersa iussuros, nisi id cōducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram, vīsum est mihi p̄hos istos adire, atq; his me in manus dedere, rogareq; vt i me vtcungq; liberet uterentur, ut tæq; viam aliquam simplicem ac certam ostenderet. Hæc igitur mecum reputās ad eos venio, imprudens profecto, q; me ex fumo (vt aiunt) in flammam conicerem. Apud enim hos maxime diligenter obseruans summam represi ignorantiam, omniaq; magis incerta, adeo ut præ his illico mihi vel idiotarum vita iam aurea videretur. Alius etenim me soli iussit voluptati studere, atq; ad eū scopū vniuersum uitæ cursum dirigere. In eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius rursus omnino laborare, corpusq; siti, vigiliis, ac squalore subigere, misere semper affectum, contumeliasq; obnoxius assidue, Hesiodi sedulo inculcās celebria illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & accluem in verticem montis ascensum. Alius contemnere iubet pecunias, earumq; possessionem indifferentem putare. Alius contra bonas ipsas etiā diuitias esse p̄nuntiat. De mundo vero quid dicam? de quo ideas incorporeas, substantias, atomos & inane, ac talem quandam pugnantium inuicem omnium turbam in diem audiebam, & quod absurdorum omnium maxime fuit absurdum, de cōtrariis vnuſquisq; quū diceret, inuincibiles admodum rationes ac persuasibles adferebat, vt nec ei q; calidum, nec ei qui frigidū idem prorsus esse contenderent, contra quicq; hiscere potuerim, atq; id, quum tamen manifeste cognoscerem fieri nunq; posse, vt eadem res calida simul frigidaq; sit. Ptorum igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitantibus vt interdum capite annuerem, interdum contra abnuerē.

## MANTIA.

Præterea quod multo erat istis absurdum, vitam eorum diligenter obseruans, compertam eam cum ipsorum verbis preceptisque sumus opere pugnare. Eos enim qui spernendam censebant percutiam audissime conspexi colligendis diuitiis inhibare, de focore litigantes, pro mercede docentes. Omnia denique numinorum gratia tolerantes. I. vero qui gloriam verbis aspernabantur, omnem vitam suam ratione in gloriam referre rebant. Voluptate rursus omnes ferme palam incessabant. Clanculum vero ad eam solam libenter confluabant. Ergo hac quoque spe frustratus magis adhuc ægre molesteque tuli. At quantulum tamem inde memet consolabar, quod una cum multis & sapientibus & celeberrimis viris ipse insipiensque esse atque vere adhuc ignarus oberrarem. Peruigilanti mihi tandem atque hisce de rebus mecum cogitanti, uenit in mentem, ut Babylonem profectus magorum aliquem ex Zoroastri discipulis ac successoribus conuenirem. Audieram siquidem eos inferni portas carminibus quibusdam ac mysteriis aperire, & quem libuerit illuc tuto deducere, ac rursus inde reducere. Optime ergo me facturum putavi, si cum horum quopiam de descensu paciscens Tyresiam Beccotium consuluerem, ab eoque perdiscerem. Quippe que vates fuerit & sapiens. ) quae vita sit optima, quamque sapiensimus quisque potissimum elegerit. Ac statim quidem exilens quod poterat celerrime Babylonem versus recta contendi. Quo cum venio, diuersor apud Chaldaeorum quendam hominem certe sapientem atque arte mirabilem, coma quidem canum admodumque promissa barba venerabilem. Non men autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecransque vix exorauit, ut quavis mercede vellet, in illam me viam deduceret. At tandem homo me suscipiens primum quidem dies nouem ac viginti cum luna, simul incipiens abluit ad Euphratem, mane solem orientem versus perducens, ac sermonem quempiam longum mussitans, quem non admundum exaudiens bannam (quod in certamine præcones inepti solent)

## NECRO

volubile quiddam atq; incertum proferebat, nisi q; quo  
 dam vitus est inuocare dæmones. Post illam igitur incæ-  
 tationem ter mihi in vultum spuens deducit rufius, ocu-  
 los nusq; in obuium quenq; deflectens. Et cibus quidē no-  
 bis glandes erant, potus autem lac atq; multum & Choas  
 pī lympha, lectus vero in herba sub dio fuit. At postq; iā  
 præparati satis hac dieta sumus, medio noctis silentio ad  
 Tigrisem me fluuium ducens, purgauit simul atq; abster-  
 fit, faceq; lustrauit ac squilla, tum pluribus itidem aliis, &  
 magicum simul illud carmen submurmurans, deinde to-  
 tum me iam incantans, ac ne aspectris læderer circūiens,  
 reducit domum, ita vt eram reciprocantem, ac reliquum  
 iam nauigationi dedimus. Ipse igitur magicam quandam  
 vestem induit, Medorum vesti vt plurimum similem, ac  
 me quidem his quæ vides ornauit, clava videlicet, ac leo  
 nis exuuiis, atq; insuper lyra. Iussit præterea vt nomen si  
 quis me roget, Menippum quidem ne dicarem, sed her-  
 culem, Vlyssem, aut orpheum. Philo, Quid ita o Menip-  
 pe? neq; enim causam aut habitus aut nominis intelligo,  
 Menippus. At qui perspicuum id quidem est, ac neutiq;  
 arcanum. Nam hi qui ante nos ad inferos olim viui desce-  
 derant, putauit si me his assimilaret, fore vt facilius Aeaci  
 custodias fallerem, atq; nullo prohibente transire, utpote  
 notior tragico admodū illo cultu emiſsus. Iam igit dies ap-  
 paruit, quū nos flumē ingressi in recessū incūbim⁹. Parata  
 siqdē ab illo fuerat, cymba, sacrificia, mulsa, & in id myste-  
 riū deniq; qbuscūq; opus erat. Hæc postq; ergo, q; prōpta  
 erat iposuit⁹, tū nos quoq; anxi ac vagietū more lachry-  
 mātes ingredimur, aliquātisp; qdē i fluuio serimur, deinde  
 in syluā delati sumus, ac lacū quendā, in quē Euphrates cō-  
 dit⁹. Tum hoc quoq; transmissio, in regionem quendā pue-  
 nim⁹ solā, syluosā atq; opacā, in quā descēdētes (pibat enī  
 Mithrobarzanes) & puteū effodim⁹, & oues iugulam⁹, &  
 sanguine cōspergim⁹. At mag⁹ interī accēla facēte⁹

## MANTIA.

ens, haud amplius iā suministro murmure, sed voce q̄ pos-  
terat maxima clamitans, dæmones simul omnes conuo-  
cat, Poenas, Erynnes, Hecatē nocturnā, excelsāq; Proserpi-  
nā, simulq; polysyllaba qdā nomina barbara, atq; ignota  
cōmiserat. Stati ergo tremere omnia, & rīmas ex carmine so-  
lū ducere, ac porro Cerberi latrat⁹ audiri. & iā res plane  
tristis ac moesta fuit. Ac protin⁹ qdem inferoꝝ patebant  
plurima, lacus pyriphlegethon, ac Plutonis regia. Tum p-  
illū descendentes hiatū Rhadamanthū p̄pemodum metu  
reperim⁹ extictū. Ac Cerberus primū quidē latrabat cō-  
mouitq; seſe. At cū ego lyram celerrime correptā pulsas  
sem, cātu statim sopitus obdormit, deinde postea q ad la-  
cū venim⁹, tranare fere nō licuit. Iam enī onustū erat nau-  
giū, & eiulatu certe plenū. Vulnerati quippe ī ea nauigabāt  
omnes, hic femur, ille caput, aliis alio quo piā mēbro lux-  
atus, v̄isque adeo, vt mihi certe ex bello quo piā adesse vide-  
rent. At optim⁹ Charō, quum leonis videret exuuias, esse  
me ratus Herculem recepit, transq; vexit libens, tū exeunti  
bus quoq; nobis monstrauit semitā'. Sed quoniā iam era-  
mus in tenebris, pcedit qdem Mithrobarzanes, ego autem  
atergo cōtinu⁹ illi comes adhaereo, quoad in pratū quod  
dā venim⁹ maximum, asphodelo cōsītum, vbi circunfusæ  
vndiq; mortuorum stridulæ nos sequuntur vmbrae. Tum  
paulo procedentes longius ad ipsun Minois tribunal ac-  
cessim⁹. Erat ipse qdē in folio forte quodā sublimi sedēs.  
Astabant autē illi Poenæ, Tortores, mali genii, furiae. Ex  
altera pte plurimi quidā adducti sunt ex ordine longa fu-  
ne vincti, dicebantur autem adulteri, lenones, moechi, ho-  
micide, adulatores, sycophantæ, ac talis hominum tur-  
ba quiduis in uita patrantium. Seorsum autem diuites  
ac fœneratores prodibant pallidi ventricosi, ac podagri-  
ci, quorum quisq; trabe vinctus erat, ferri pondere duorū  
talentorum imposito. Nos igitur astantes, & quæ siunt  
oia cōspicim⁹, & q̄ dicunt̄ auscultamus. Accusat aut̄ noui-

## ICAROME

quidam atq; admirabiles rhetores. Philo. Quinam ergo  
hi per louem sunt, ac ne isthuc quidē te pīgeat dicere? Me-  
nipp. Vmbras ne unq; istas noīti quas opposita soli redi-  
dunt corpora? Philo. Quid ni? Menipp. Hæ nos igitur  
quum primum functi vita sumus accusant, testantur, atq;  
redarguunt, quicquid in vita peccauimus, & sane quedā  
ex his dignæ admodū fide videtur, vt pote nobiscum ver-  
satæ semper, nostrisq; nūsq; digressæ corporibus. Minos  
igitur curiole quemlibet examinans impiorum, relegabat  
in cetū, poenas ibi scelerib; suis dignas luiturum. In hos  
præcipue tamen incenditur, quos opes dum viuerent ac  
dignitates inflauerant, quicq; adorari se fere expectabant,  
nimirum peritram eorum superbiam fastumq; detestat⁹  
quippe qui non meminissent mortales ipsi, quum sint, se-  
ſe bona quoq; mortalia consequitos. At nunc splendida  
illa exuti omnia, diuitias inquam, genus, munia nudi ac  
vultu demisso steterunt, tanq; somnium quoddam huma-  
nam hanc felicitatem recogitantes, adeo ut hæc dum con-  
spicarer nimiris q; delectatus fuerū. Et si quem forte eorum  
agnoueram accessi, atq; in aurem silenter admonui, qua-  
lis in vita fuerat, quantopereq; fuerat inflatus, tum quum  
plurimi mane fore sius obsidentes, pulsi interim exclusi⁹  
a famulis illius expectabant egressū. At ipse vix tandem  
illis exoriens puniceus, aureus aut versicolor, felices ac be-  
atos se facturum salutantes putabat. si pectus dextram ve-  
porrigens, permitteret osculandam. Illi uero audientes ista  
moleste fercabant. At Minos quiddam etiam iudicauit in  
gratiā. Quippe Dionysium Siciliæ tyranum multis et  
atrocib; criminibus & a Dione accusatum, & graui Sto-  
scorum testimonio convictum, Cyreneus Aristippus in-  
terueniens. Nā illū valde suspiciunt inferi, etiūq; plurimū  
ibi ualeat autoritas, ferme iam Chimæræ alligatū absoluit  
a poena, afferens illum cruditorum nonnullos olim iuuisse  
pecunia. Tum nos a tribunalī discedentes, ad supplicij

## NECRO

locum peruenimus. Vbi o amice & multa, & miseranda  
audire simul, ac spectare licuisset. Nam simul & flagrorū  
sonus auditur, & elulatus hominum in igne flagrantium,  
tū rotæ & tormenta, catenæ, Cerberus lacerat, Chimæra  
dilaniat, crucianturq; patiter omnes, captiui, reges præ-  
fecti pauperes, mendici, diuites, & iam scelerum omnes pœ-  
nitebat. Et quosdam quidem eorum, dum intuemur, ag-  
nouimus, videlicet qui nuper e vita discesserant. At hi se  
pudentes tum occulebant, nostroq; subtrahebant aspectui  
aut si nos aliquando respiciebant, id seruiliter admodum  
abiecteq; faciebant, atq; hi quidem q; olim putas onerosi,  
fastosiq; in vita! At pauperibus malorum dimidium re-  
mittebatur, & quū interquieuisserent, denuo repetebantur  
ad poenam. Sed illa quoq; quæ fabulis feruntur aspexi, Ixi-  
onem, Sisyphum, Phrygiumq; grauitet affectum Tantaz-  
lū, genitumq; terra Tytium, dii boni, quantum! Integrū  
stratus agrū occupabat. Hos tade pterentes in campū ve-  
nimus Acherusiu, vbi semideo s, heroïdasq; reperimus,  
atq; aliam simul mortuorū turbā in gētes, tribusq; dispo-  
sitam alios quidem vetulos, quosdā ac marcidos, atq; (vt  
Homerus ait) euanidos, alios vero iuueniles & integros,  
& hos potissimū ob illam condiendi efficaciā Aegiptios.  
Verū dignoscere quemlibet haud proclue fuit, adeo nu-  
datis ossibus omnes erant inuicē simillimi, nisi q; vix tan-  
dē eos diu intendentis agnouim⁹. Quippe conferti consi-  
debat obscuri aeq; ignobiles, nullumq; seruantes ampli⁹  
pristinæ formæ vestigium. Cum igitur multi simul ossæ  
consisterent, inuicem omnino similes, qui terrificū quid-  
dam per cauos oculorum orbes transpicerent, dentesq; nu-  
dos ostenderent, hæstibam certe mecum, quonam signo  
Thersitē a Nireo illo formoso discernerem aut mendicū  
Irum a Phaico rege, aut Pyrriam coquum ab Agamenne-  
ne. Quippe quibus iam nihil veteris permanit indicii, sed  
ossa fuerunt inter se similia, incognobilia, nullis inscripta-

d i.

## NECRO

titulis, nullisq; vnq; dinoscenda. Hæc igitur spectanti mihi persimilis hominum vita pompæ cuiuspiam longæ videbatur, cui præsit ac disponat quæq; fortuna, ex his q; pōpam agit diversos, variosq; cuiq; habitus accommodas. Altum siquidem fortuna deligens regiis ornat insignibus, & tyaram imponens. & satellites addens, & caput diademate coronans. Altum serui rursus ornatum induit, hunc formosum effigiat, hunc deformem atq; deridiculū fingit. Nam omnigenum, vt opinor, debet esse spectaculū. Quin habitus quorundam plerunq; in media quoq; pompa de mutat, neq; perpetuo eodem sinit ordine, cultuq; progre di quo prodierant. Sed ornatū commutato Crœsum quisdem coegit serui, captiuiq; vestes induere. Meandrium autem olim inter seruos incidentem, Polycratis vicissim ornat tyrannide. Et aliquantis per quidem eo cultu permittit vti, verum ubi iam pompæ tempus præterit, apparsatum quisq; restituens, & cum corpore simul exut⁹ amictu qualis ante fuit efficitur, nihilo a vicino differens. Quidā tamē ob inficiam, quū suos fortuna cultus exigit, ægre ferunt atq; indignantur, tanq; propriis quibusdā bonis priuati, ac nō potius alienis, quibus paulisper utebātur, exuti. Quin in scæna quoq; vidisse te plerunq; puto histriones istos tragicos, q; (vt fabulæ ratio possit) mō Creōtes, mō Priami sūt aut Agamēnones. Idemq; (si sors tulerit) pauioante tam grauit Cecropis, aut Erechthei formā imitat⁹, paulo postea seruus, poeta tubente, progreditur. At quū fabulæ iam finis affuerit quisq; auratas illas vestes exutus, personā deponens, & ab altis illis crepidis descendens, pauper atq; humili obambulat, haud amplius Agamenon ille Atreo prognatus, aut Creon Menecæi filius, sed Pol⁹ filius Chariclei Suniensis, aut Satyrus filius Theogitōnis Marathonius. Sic se mortalium res habent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur. Philo. Dic mihi Menippe, isti qui magnificos, altosq; tumulos habent sus

## MANTIA.

per terrā, & colūnas, imagines, titulos, nihilo ne sunt apud inferos plebeis qbuslibet umbris honoratores! Menipp. Nugaris tu quidem, nam si vidisses Mausolum, Carē ilum dico pyramide celebrē, sat scio, nunq̄ ridere desüsses, ita ī antrum quoddam abstrusum despectim abiectus est, in reliquam mortuorum turba delitescens. Hoc tantum cōmodi mihi videtur ex monumento referre, q̄ imposito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam cum Aea cus o amice locum cuiq̄ metitur, dat autem cui plurimū haud amplius pedem necesse est eo iacere contentū sefec̄ ad loci modum contra here. At uehementius multo risi- ses, opinor si reges hosce nostros, satrapasq̄ vidisses apud eos mendicantes, & vt saltamenta vendentes, aut primas ipsas literas, urgente inopia profitentes, & quemadmodū comtumeliis a quoquis afficiantur, atq̄ in faciem cædant, perinde atq̄ vilissima mancipia. Itaq̄ Philippum Mace- doneni conspicatus, continere me certe non potui. Osten susest mihi in angulo quodā detritos calceos mercede re- sarciens. Quin alios præterea multos erat videre mendie- cantes in triuīs, Xerxes videlicet Darios, ac Polycrates Philo. Admiranda narras ista de regib⁹, peneq̄ incredi bilia. Socrates autē quid facit: ac Diogenes, & si quis est sa- pientū altius Menipp. Socrates profecto etiam ibi obuerfa tur, omnesq̄ redarguit. Versatur autem cum illo Palamedes, Vlysses & Nestor & quisquis ē ali⁹ iter defunctos gar- rul⁹. Inflantur aut illi etiamnū, atq̄ intumescunt exhausto veneno crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vici- nus Assyrio, Midæq̄ Phrygio, atq̄ aliis item pluribus ex istorū sumtuosorū numero, manet, quos cū eiulantes au- dit, veteris fortunæ magnitudinē recognitātes & ridet, & de lectaē, ac supin⁹ cubās vt plurimū cātat, aspa nimis atq̄ i- lucunda uoce illorū eiulatus obscurās adeo, vt id aegre ferē tes nec Diogenē ferre ualentes, de mutāda sede deliberent. Phi. De his iā satis qdē cæterq̄ quodnā illud decretū, est qd̄

## MANTIA.

Initio dixeras aduersus diuites esse sanctū! Menipp. Bene admones. Nescio enī quo pacto quū hac de re dicere pposuissēm, ab instituto sermone procul aberrauī. Dū igitur ibi versabar magistratus cōcōnē aduocauerunt, his videlicet de rebus, quae in cōmune conducerent. Conspicies ergo multos concurrere, me quoq; cū illis simul immiscēs vñus de numero eorū q; in cōcōnē aderāt, efficior. Agitata sunt igit & alia multa. Postremo vero de diuitib<sup>9</sup> nego tū, in quos posteaq; plurima suissent obiecta, violentia, spbia, fastus, iniuriæ, assurgens tandem ex populo primas q; dam huiusmodi decretū legit. Qm, iuquit, multa diuites ppetrant in vita rapiētes, ac vim inferentes inopesq; omni modo despectui habentes, Curiæ, populoq; uisū est, vt quū functi vita fuerint, corpora qdēm eorum poenas cum aliis sceleratorū corporibus luāt, aīæ vero sursum remissæ in vitā, in asinos demigrent, donec in tali rerū statū quinquales ac vicies dece annorū milia trāsgerint, aīni semper ex aīnis renati, onera ferētes, atq; a pauperibus agitati. De in vt liceat illis e vita excedere. Hanc sententiā dixit Calzarius, patre Aridello, patria manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, sciuit plebs, adfremuit Proserpina, allatruait Cerberus, sic enī rata quae inferi statūt, authenticaque fiunt. Quae igitur in concione agebantur erant huiusmodi. Tū ego statī, cuius gratia venerā, Tyresiā adeo, atq; illi re vtī erat, ordine narrata, supplicauī, vt mihi diceret, quodnā optimū vitæ genus putaret. Hic vero subridens, est autē seniculus quispiā cæcus, pallidus, voce gracili, o fili inqt, cām tuæ pplexitas scio a sapientibus istis pfectam, haudquaq; idem inuicē sisdem de rebus sentientibus, verum haud fas est id tibi p loqui, siquidem quod Radamanthus interdixit. Nequaq; inquam o patercule, sed dīc amabo, neq; me contemnas, q; in vita te etiam ipso cæcior oberro. Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans, optima

est, inquit, idiotarum, priuatorumq; vita, ac prudentissima. Quamobrem ab hac vanissima sublimium consyderatione desisteris. Mitte principia semper ac fines inquire, & vafros hosce syllogismos desprens, atq; id genus oīa nugas æstimans, hoc solum in tota vita persequere, vt p; fetibus bene cōpositis minime curiosus, nulla re sollicitq; q; plurimū potes hilaris vitā ridensq; traducas. Hæc quū dixisset, rursus Asphodelorum in pratum sese corripuit. Ego igit̄ nam & nunc vesper erat h̄age inquam o Mithro barzane quid cunctamur? an non hinc rursus abīmus in vitam? Ad hæc ille, confide inquit o Menippe, breuem quippe facileq; tibi monstrabo semitā, & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricosam manu procul ostendens subobscurum tenuēq; ac velutī p̄ rimam influens lumem, illud inquit Torphoni templum est, atq; illac ad inferos e Boetia descenditur. hac ascendas atq; illico fueris in Græcia, Ego igit̄ hac sermone gauisus, salutato mago difficile admodū p angustas ātri faces subrepens, uescio quo pacto, in Lebadiam perueni.

### F I N I S.

## VITARVM

Philosophorum seu uitarum auctio, latina facta  
Nicolao Beraldo interprete. Interloquuntur  
Juppiter, Mercurius Emptor.

Juppiter.

V quidem sciamna dispone, locuīq; præpara venientibns. At tu adductos huc philosophos in catastā statue, sed comptos prius, ut pulchri, decetesq; appareant, multosq; invitent emptores. Tu vero Mercuri preconem age, & quod recte feliciterq; cedat nobis, emptores ad forum conuoca, q; primum ut adsint, quādō philosophos cuiusuis generis, atq; instituti adducturi sumus. Porro si quis presentes nūmos non habeat, soluet postea dato prius fideiussore. Mercurius. Adsunt quidem multi a nobis neutiū diutius remorandi. Iup. Vendamus igitur. Mercur. Quem uis primum omnium adducamus? Iup. Comatum hunc ionīcum. Nam austerum nescio quid præ se fert, ac veneradū Mer. Huncine Pythagoricū dicas! Descende tu ergo, tecū iis qui conuenerunt prebe conspiciendum. Iup. Age clama. Mer. Vitā optimam uendimus ac grauissimam. Quis emperor erit? Quis supra hominem sapere vult? Quis nos se vniuersi Harmoniam? Quis reuiviscere? Emptor. Hic quidem non vtricq; ingenerosa est facie. Sed quid nouit potissimum. Mercurius. Arithmeticam, Astronomiam, prodigiosam doctrinā, Geometriam, Musicā diuinationem. Summum certe vatēm vides. Emp. Licet ne hominem interrogare? Mer. Interroga tu bonis (quod dicitur) aibus. Emp. Cuias es tu? Pythagoras. Samius. Emp. Vbi eruditus? Pytha. In Aegypto, ab iis, qui Aegyptum incolunt, philosophis Emp. Age vero, si te emero, ecquid me docebū. Pytha. Nihil docebo, sed reminisci faciam. Emp. Quomodo tandem? Pytha Quum tuam ipsius animam expurgauero, eiq; sordes omneis eluero. Emp. Sed fac me purgatum esse. Qua ratione id efficies? Pytga. primum

## A VCTIO.

omnium quiete silentioq; opus est diuturno, perpetuaq; annorum quinq; taciturnitate. Em. At tibi o bone melius sit Croesi filii instituere. Mam quod ad me attinet, loqui ego, non autem statuæ instar perpetuo silere volo. At qd post tā diuturnum tandem quinquenniū silentium! Pytha. In musica, Geometriæ exercebere. Emptor. Belle dicas. Siquidam citharaædum prius, dein philosophum esse oportet. Pytha, adhæc numerare etiam. Em. Et iam quoq; scio numerare. Pythagor. Quo modo numeras? Emptor. Vnū, duo, tria, quatuor. Pytha. Vides ne ea quæ tibi qua tuor esse videntur, esse decem? absolutumq; quempiam ex iis trigonotri fieri, ac iuslurandum nostrum! Empt. Nunc hercle iuramentum hoc quaternarium audiui, neq; sermunes eiusmodi sacros ac diuinos. Pyt. Postea scies o hospes, quænam sit terræ, aeris, aquæ, ac ignis vectatio, & q; sint forma, quoq; modo moueantur. Empt. Est ne aliqua igni, aeri, aquæ forma? Py. Et manifesta quidē. Neq; enim iformia ac sine figura moueri possunt. Nosces præterea deum & numerum esse & harmoniam. Emptor. Mira dicas. Pythago. Adde his, quod alium viderti, alium vero esse te scies, qui vnum esse te putas. Empt. Quid aīs, aliis ne sum, non hic qui te alloquor! Pytha. Nunc quidem is qui es, at quōdam alio corpore, alioq; nomine videbare, atq; itidem olim in altud transibis corpus. Emp. Hoccine aīs! Immortalē fore me in varias mutatum formas! Sed de his satis superq;. Quænam vero tibi victus ratio? Pyth. Ex animatibus nullum comedo, ab alio nullo, nisi a fabis abstineo. Emp. Cur vsq; adeo a fabis abhorres? Pyt. Non abhorreo ego, sed sacrum quiddam sunt, miraq; eorum natura est. Nāprimū qdē nil aliud q; semē sunt, q; si viridē adhuc fabā exueris videbis pudendis, virilibusq; nescio quid sile. Decoctā vero si noctib⁹ aliquot lunæ exposueris, sanguinē ex ea facies, quodq; mai⁹ Athenīcib⁹ mos est fabis magistrat⁹ eligere. Empt. Pulchre oīa ac plane diuinit⁹ dixti,

## VITARVM

Cæterum exitor, quādō nudum te videre cupio. O Hercules aureum est huic femur, non homo est, sed immortis quispiam deus esse videtur. Quapropter eum omnino emam. Quanti eum facis! Mercurius. Decem minis. Emp. Ego tanti emo, precium accipe. Iupp. Scribe emptoris non men simul ac patriam Mer. Italicus quispiam esse videtur o Iuppiter nimirum ex iis qui Crotonem, ac Tarentum, ac magnā græciā incolunt. Quanq̄ non vñus, sed pene trecenti eum sui commodi gratia emerint. Iuppiter. Abdūcant illum, nosq; alium euocemus. Mercurius. Visne squallidum illum Ponticum? Iuppit. Profsus. Mercurius. qui peram ex humero suspensam gestat? descendē. Ades ac sedes has circumi. Vitam virilem vendo, vitam optimam generosam ac liberam vendo, philosophum liberum quis emet? Emp. O preco quid aīs tu, vendis hominem liberū? Mercurius. Vendo ego Emp. Deinde nihil times ne plagi accusatum in Areopagitarum iudicium quis te vocet? Mercurius. Nihil hic auctionem curat, quoniam se omnino liberum esse putat. Emptor. Quis eo vti velit vsque adeo sordido atq; infelicitate iacenti, nisi fosforem eum, aulexam quis forte facere velit? Mercurius. neq; id modo, sed & si atriensē eū pro domus vestibulo statueris quovis cane fideliorē eum inueneris. Est sane huic canis nomen Emp. Cuias? quamue artem profitetnr? Mercurius. Roga tu hominem, ita enim optime feceris Emp. Eius timeo austoritatem ac tristitiam, ne me allaret, accendentem, ac p. Iouē mordeat. Videsne vti is baculū sustulerit, contaxis erit supercilīa, ac iracundū quiddā minabundumq; aspiciat. Mercurius. Ne time, manuetus est ac benignus. Emp. Hoc primum o optime. Cuias es? Dioge. Undeuis.. Emp. Quid aīs? Dio. Mundi ciuem vides. Emp. Imitarisne quāpiam? Dio. Herculem. Emp. Cur tu itaq; leontinam (vt ille) pellem non induis? Nam baculo quidem illi nihil es dissimilis, Dio. Penula hæc mīhi leontina pellis est, Pug

## AVCTIO

no vero ut ille, aduersus voluptates, sed vltro & a nemine  
tussus, ut qui vitam malim expurgare. Emp. Pulchrū ita  
me deus amet institutum. Sed quid te nosse dicemus? aut  
quam artem tenes? Dio. Liberator sum hominū? & mor-  
borum animi medicus, veritatisq; omnino ac libertatis p  
pheta esse cupio. Emp. Age o propheta. Cæterum si te e-  
mero quo me tandem modo docebis? Dio. Primum qui  
dem te adsumens, & delicias exuens tuas, tecq; in egestate  
claudens penula induam, post laborare cogam humi dor-  
mientem & aquā bibentē, tecq; non exquisitis, sed obuiis  
primum eduliis explere, pecunias vero si quas habeas au-  
tore me in mare proiicies, vxorem non curabis non libe-  
ros, non patriam tibiq; ea omnia nugae videbuntur. Re-  
linquēs vero paternam domum, aut sepulchrum aliquod  
habitabis, aut desertam turrim, aut etiam dolium. Pera ve-  
ro tibi erit lupinis plena, libriscq; intus & in tergo scriptis,  
atq; ita maximis regibus feliciorem esse te dices. At te si qd  
aut flagellet, aut torqueat eorum nihil esse tibi durum  
molestuq; existimabis. Emp. Quid ais? Flagella mihi ni-  
hil fore dura ac molesta. Nec enī testudinis aut carabi co-  
rio tegor. Dio. Euripidis illud, paucis mutatis imitaberis.  
Em. Quid tandem? Diog. Mens quidē tibi dolebit, at lingua  
nequaq;. Tibi vero adesse hæc debent. Impudentem te esse  
oportet ac audace, cunctisq; & principibus & priuatis con-  
uictari. Eo enī modo te suspicent, magnanimumq; esse cō-  
fident. Barbara vero tibi vox erit absontaq; locutio, ac pla-  
ne canina, facies intenta, ingressus vero eidem conueniens.  
ferina deniq; agrestiaq; oīa. Pudor vero, æqtas, modestiaq;  
procul esto, ruboremq; oīo e fronte deradito. Hoīm con-  
uentus ac conciliabula, mundinasq; seqrer, inq; iis solq; atq;  
incōscibilis esto, non amicum, non hospitem quempiam  
admittens. His enī fere magistratus soluitur. Cunctis vero  
videntib; ea audacter facito, quæ nemo solus priuatimq;

e. i.

## NECRO

faceret. Venerem quoq; tibi q; maxime ridiculam eligit, ac deniq; vel Polypum, si tibi videtur, crudum septiamue comedens morere. En tibi nos hanc foelicitatē conciliam;. Emp. Apage sis, scelesta enim sunt hæc non humana, quæ dicitis. Diog. Sed q; maxime facilia o noster, & ad quæ cuius peruenire promptum sit. Non enim eruditione, non studiis tibi, nugisq; eiusmodi opus erit, sed breuis compendiariaq; hæc tibi ad gloriam via fuerit. Nam seu priuat agas, ac tinctor, coriarius, salsameutarius, aut faber, aut nummularius, nihil omnino prohibebit te esse admirabilem, modo non desit impudentia atq; audacia, recteq; in quaemuis obprobria tactare dicteris. Emp. Nihil mihi perfecto in hac re tua opera opus est. Naucles vero forte aut olitur per oportune fueris, si hic duobus ad summum operis vendere te mihi velit. Mercur. Hunc tu accipe, nihil enim iucundius nobis, q; ab obturbatore isto, clamosoq; ac maleficio liberari. Iupp. Alium voca Cyrenæum illum purum, ac coronatum. Mercur. Adeste cuncti, atq; diligenter auscultate, est hæc quidem sumptuosa res, ac diuitibus aptissima. Vita hæc est suavis ac ter beata. Quis delicias expetit? quis delicias summas emere vult? E m. Veni tu & dic quid nosti, ego enim te emam, siquidem utilis mihi fu eris. Mercurius. Ne obturba quæso, hominum o optime, neq; interroga. Parū enim sobrius est, neq; tibi quicq; com mode responderit, vt qui lingua sit lubrica (vides enī) ac titubante. Emp. Ecquis sanus corruptum hunc ac neq; serum emerit? quæ vero vnguenta olet? vt lubricū quiddā incedit? Verū dic tu Mercuri, quid nouit hic potissimum? Mercur. Est hic omnino quidem in victu dexter, compationibusq; ac cōmissionibus tibi clinicis q; maxime idoneus, aptissimus profecto amatori cuiquam ac perditō domino, præterea conditorum belliorum egregie gnat, obsonaturoq; experientissimus, atq; omnino voluptatis iucundiorisq; vitæ professor, erudit⁹ quidem est Athene.

## MANTIA.

nls, seruit vero tyrannis Siculis, a quibus vehementer co-  
lebatur. instituti vero eius caput est omnia contemnere,  
omnibus vti, ac voluptatem vnde cunq; venari ac expet-  
re. Emp. Quærēdus tibi quispiam alius ex opulentis istis  
optimeq; nummaris hominib?, quādo ego emendæ huic  
vitæ hilari haud sum idoneus. Mercu. Ocioſus quantum  
video, o Iuppiter nobis hic supererit. Iup. Traducito hunc  
atq; alium adducito, imo vero duos istos, nempe ridētem  
illum ex Abderita, & flentem alterum Ephesum. Nam  
vtruncq; simul vendere certum est nobis. Mercu. Descédi-  
te huc, atq; in medium procedite. Optimas vitas vendo, sa-  
pientissimos omnium philosophos vendo. Emp. O Iuppi-  
ter quæ est hæc varietas! Hic ei ridere nō cessat, alter vero  
lugere quempiam videtur, iugiter enim atq; vbiq; lachry-  
mas fundit. Quid hæc o noſter ſibi volunt? Quid rides?  
Democrit?. Rogas? quoniam quæ agitis vos ridicula mihi  
videntur omnia, vosq; præterea ridiculi. Emp. Quid  
ais? Num nam nos omnes rides, noſtræ omnia vſq; adeo  
paruipédis? Demo. Ita habet, ſeruum enim in eis nihil, in-  
ania vero cuncta, atomorumq; abūdantia, infinitaq; mu-  
titudo. Emp. Non ita quidem, ſed tu vt vere dicā, inanis es  
ac plane imperitus. O quæ est hæc contumelia! haud unq;  
ridendi ſinem facies! Tu uero quid fles o' optime, multo  
enim melius puto te alloqui. Heraclitus. Quoniam o ho-  
ſpes miserandæ mihi res cunctæ mortalium eſſe uidentur,  
nihilq; in eis eſſe non fragile, idcirco me miseret uestri, &  
præſentia haudquaq; mihi magna uidentur, futura uero  
omniſo mifera. Dico uero conflagrationes atq; uniuerſi  
calamitatem. Horum idcirco misereor. Nempe quod ni-  
hil eſt in eis ſtabile, ſed eūcta miſcentur inter ſe ac conuol-  
uuntur, ac nihil differt uoluptas a moleſtia, peritia ab im-  
peritia, magnum a paruo, & ſurſum deorsum circumcurre-  
tia, & ultro citroq; ceu in æui huius ludicro tranſeuntia.

## VITARVM

Emp. Quid est æuum? Heraclitus. Puer ludens talis, ac cōtendens. Em. Quid suū hoīes? Hera. Dii mortales. Empr. Quid dī? Hera. Hoīes immortales. Em. Enigmata dicis. O noster, & grīphos connectens, quēadmodū & A pollo nī hil, vt vere dicam, explicas. Hera. Nam vos oēs ne pīli quis dem facio. Em. Nemo itaque sanus te emerit vñq. Heraci. Ego vero oīb⁹ gregatī flere iubeo, emētibusq; & non emētibus. Em. Hoc malum haud multū distat ab insania, qua propter neutrum horum emere certum est. Mercur. Inutiles & ii nobis super sunt. Jup. Tu alium vendē. Mer. Athēntē ne illū facundū hoiēm! Jup. Prorsus. Mer. Huc ades vitam bonā & prudentem vendīmus, quis emet sanctissimum hunc philosophū? Em. Dic mihi, quid maxime nosti? Socrates. Pueros amo, perbelleg̃ amoris numeros oēis teneo. Em. Qui igitur emam te, qui pædagogo egeam formosissimi mi filii? Socra. Ecquis sine uno aptius formoso cuiptiam puerō adesse possit? Nam non ego amo corpora, sed aīam esse pulchram puto, siquidem & si mihi formosissimi pueri deponātur, ac sub eadem stragula iaceant, aucties eos indignum se nihil a me pati affirmantes. Emptor. Quis hæc tibi creder? scilicet cum pueros ames, nihil te p̄ter animarū curare? præsertim in tanta licentia, nempe eodem lecto iacentem. Socra. Iuro equidem tibi, & canem & platanum hæc ita esse. Emp. O hercules, quodnam est hoc fusiurādum, quæ ve deorum absurditas? Socr.. Quid ais? putas ne carēm deū non esse, nescis qualis sit in Aegypto Anubis, in ccelo sirius, & apud inferos Cerberus? Em. Recte dicas, at nō aduerteram, sed quam tandem vitam agis? Socra. Ego, q̄ mihi ipsi ciuitatem condidi habito. Repub. vero quadam peregrina vtor, & mihi ipsi leges facio. Emp. vnum aliquod ex tuis placitis audire cupio. Socrat. Audi maximum quippiam, quod de foeminis sentio. Existimo enim nullā ex eis vnlus, sed cuiuscūq; esse debere. Emptor. Quid ais, sublatas ne leges de adulterio? Socra. Per Iouem

## AVCTIO

ac omnem de eis curam, inanemq; diligentiam. Em. Quid vero de formosis tempestiuisq; pueris existimas? Socrat. Osculum ii præmii vice viris claris ob egregium aliquod ac memorabile facinus vltro dabunt. Em. Papæ, quæ hæc est liberalitas? F. Cæterum quodnā est tuæ huius sapientiæ caput? Socra. Ideæ & horum omnium exemplaria. nā eorum quæcunq; vides, terræ, atq; eorum quæ super terram sunt, cœli, maris, iñagines quædam sunt occultæ, extra vniuersum. Emp. Vbi sunt? Socra. Nusq;. nam sicubi es sent, non essent. Emp. Non video hæc quæ dicis exemplaria. Socra. Nil mirum, cæcus enim es mentis oculo, ego vero omnium iñagines video, tecq; ipsum inuisibilem, & me alium, & omnino gemina omnia. Emp. emendus es igit sapiens vscq; adeo cum sis, atq; acuta acie, age quāti, aut qd a me preciū petis? Mercur. Da duo talenta. Empt. etni ego quanti dicis, argentum vero iterum persoluam. Mercuri⁹. Qd est tibi nomen? Em. Dioni Syracusano. Mer. Age accipe id quod tibi cedat fœliciter. Epicureū te voco, quis emere hunc uult? est hic quidem ridentis illius discipulus, itemq; ebriosi alterius, quos pauloante indicabam. Porro unū quiddam plus illis nouit, quatenus impius magis est, cætera iucundus, & gulæ amicus. Emp. Quant⁹! Mercuri⁹. Duabus minis. Emp. Accipe, at uideam oportet quibusnā potissimum edulīs gaudeat. Merc. Dulcibus maxime gaudet atq; mellitis, maximeq; expetit caricas. Emp. Facile hoc emam itaq; illi siccum massas. Iuppi. Alium uoca, illum, s. dera sum & seuerum stoicum. Merc. Recte dicis, nam muliti eorum qui ad forum conuenerunt, eum ipsum expectant uideretur. Ipsam ueritatem uendo, uitam perfectissimam uendo, quis unus omnia nosse uult? Emp. Quid hoc? Mercur. Nempe quod solus hic sapiens, solus pulcher, sol⁹ iustus, fortis, rex, rhetor, diues, legislator. Deniq; quid non? Emptor. Num nam o bone & coc⁹ solus est: & per Iouem

## VITARVM

tincto, corsarius, faber, atq; id genus alia? Mercurius. Ita uidetur. Emptor. Veni o bone ac mihi emptori dic quis nam sis, atq; illud quidem primū, nūnam graue tibi sit q; uenalis sis ac seruus. Chry. Nequaq;. nam hæc in potestate nostra quidem non sunt. Porro quæcumq; in potestate nostra non sunt, indifferentia esse necesse est. Emptor. Ne scio quid dicas. Chrysippus. quid ais? nescis quod quædā sunt proegmena, alia uero rursus apoproegmena? Emp. Ne nunc quidem intelligo. Chrysippus. Nil mirum ut qui eiusmodi nominibus nostris assuetus non sis, neq; cōprehendendi vim habeas. Stultus vero quispiam, atq; in logica speculatione versatus, non tantummodo hæc nouit, sed & quid sit accidens, & quid præter accidens, qdq; & quantum inter se differant. Emptor. Ne graueris p phis Iosophilam obsecro hæc verba nobis exponere. nam ne scio quo modo obstupui eiusmodi verborum sono. Chrysippus. Perlibenter quidem, citraq; iuvidiam omnem. Nā si quis claud⁹ eo ipso quo claudicat pede in lapidem forte impegerit ac vuln⁹ aliqd ex occulto acceperit, habebat is q; dē cōtingens, nimirū claudicationē vuln⁹ uero qd̄ postea accepit p̄tē cōtingens. Em. O mirū hois ingenium! Quid uero aliud potissimum nosti? Chry. Verborū laqueos, q; bus implice mecum differentes, atq; eorum ora obturo & ad silentium adigo, ceu inlecto illis freno. Hæc autem facultas celebratus syllogismus vocatur. Emp. Hercules. In expugnabilis cuiuspiam, ac violenti nomen dicas. Chry. Audi igitur. Est ne tibi filius? Emp. quid ni. Chry. Hunc igitur si forte iuxta fluuium errantem crocodilus deprehē dat rapiatq; mox redditurum se tibi eundem promittat, Nempe si quid statuerit de reddendo tibi filio vere dixeris, quid eum dices statuisse? Emptor. Rem queris haud quaq; dictu facilem. Nam dubito vtro dicto filium recipiam, verum tu per Iouem respondens, mihi filium serua

## AVCTIO

ne prius occupatus a crocodilo uoretur. Chrysippus,  
Confide Nam alia mox ex me disces, haud paulo magis  
mira. Emptor Quæ tandem! Chrysippus metentem  
dominantem, exindeq; electram, atq; obducta illum facie.  
Emptor quemnam illum obductum, aut quam electram  
dicas? Chrysippus. Electram illam inclitam Agamemno-  
nis filiam, quæ eadem simul & nouit & non nouit. Nam  
quum ei proxime adstaret Orestes ignotus adhuc, no-  
uit quidē Orestem, vt qui frater eius esset, qui vero is Ore-  
stes esset ignorabat. Obductum uero illum, maximeq; ad  
mirandum sermonem audies. Nam hoc mihi responde.  
nosti tuum ipsius patrem? Empt. certe. Chrysip. quid igit  
si quem admoneam tibi velata facie interrogemq; hūc  
ne nosti? quid dices? Emptor. nūnirum haud nosse me.  
Chry. Atqui erat is pater tuus. Quare si hunc iguoras,  
patrē etiā manifesto ignoras. Em. non quidē at is si reuelata  
facie fuerit, id qd̄ res est sciā. Cæterū quorsum tandem  
hæc tua sapientia? aut qd̄ tū potissimum facies, simul atq;  
summi virtutis fastigii fueris affecutus? Chry. Circa pri-  
migenia versabor, diuitias dico, sanitatem, atq; id gen⁹ alia.  
Porro necesse ē pri⁹ summo studio ac labore libris iis subi-  
lib⁹ incubuisse, scholia cōgerere, ac soloecismis absurdisq;  
verbis impleri, quodq; præcipuum est, haud fas est sapi-  
entem te fieri, priusq; elleborum ter biberis. Emptor. Ge-  
nerosa hæc omnia, planeq; virilia. Cæterū auarum, abies-  
tumq; esse ac foeneratorem, adesse enim tibi hæc omnia  
video, numnam eius esse dicemus, qui elleborum biberit?  
aut absolutam quampiam virtutem fuerit affecut⁹. Chry-  
sippus. Certe, soli enim sapienti foenerare licet. nam cum  
eius proprium sit mun⁹, colligere, foenerare vero atq; vſu-  
ras supputare, haud multum a colligendo abesse videan-  
tur, manifestum hoc non minus sapientis esse, q; illud.  
negq; hoc simpliciter quidem, negq; enim ei ysuras modo

## VITARVM

accipere licet, sed usurarum etiam usuras. Alioqui ignoras, ex usuris quasdam priores esse, quasdam posteriores, perinde atque illarum fetus! Iam vero vides quid efficiat syllogismus. nam si usuram primam accipiat, accipiet & secundam. At qui primam quidem accipiet, accipiet ergo & secundam. Emptor. eadem ergo dicam oportet de mercede, quam ab adolescentibus accipis, quum manifestum sit sapienti soli virtutem premit loco esse. Chrysippus, saperem incipis. non enim meipius, sed dantis gratia mercudem accipio. nam quum ex hominib[us] hic profusus sit, ille contra continens ac comprehendens, ego meipsum quidem exerceo, comprehendor ut sim, discipulum vero, ut sit profusus. Emptor. At qui contradicebas discipulum quem comprehensorem, te uero solum diuitem effusum. Chrysippus. Rides o noster, at vide ne syllogismo, qui demonstrari nequeat, te configam. Emptor. ec' quid ab iis tuis iaculis periculi grauis esse potest? Chrysippus. Perplexitas, silentium, animi stupor, ac mentis eversio: quodque omnium maximum, ego te, si velim, esse lapidem conuiro. Emptor. Quomodo lapidem? non enim Perseus o optime esse videris. Chrysippus. Hoc modo, lapis num nam corpus est. Emptor. Certe. Chrysippus. quid vero animal, nonne est corpus? Emptor. Fateor. Chrysippus. Tu vero an non animal? Emptor. Ita puto. Chrysippus. lapis es igitur, corpuscum sis. Emptor. non ita, sed resolute me per louem obsecro, meque denuo hominem ex lapis de facito. Chrysippus. Haud difficile id quidem. Sed tu homo iterum esto. Dic mihi onine corpusest animal? Emptor. non. Chrysippus. quid vero lapis animal? Emptor. non. Chrysippus. Tu vero an non corporis? Emptor. Non. Chrysippus. Corp[us] vero cum sis, an non es animal? Emptor. Certe. Chrysippus. Non igitur lapis es animal cum sis. Emptor. O recte factum! ut mihi nuper crura cœti Niobes quondam perfixerant, ac pene saxea facta sunt.

## AVCTIO


Emam te idcirco. quanti? Mercu. Minis duodecim. Em. Ac  
cipe. Mercu. olus ne eum emisti? Emp. Non per Iouē fos-  
lus, sed it omnes quos vides. Mercur. Multi profecto vali-  
disque humeris, ac metentis sermone digni. Iupp. Ne cellā  
alium accerse. Merc. Peripateticum te dico, te inq, pulchrū  
ac diuitem. Emite prudentissimum hunc, rerumq; om-  
nium peritissimum. Emp. Qualis nam est? Merc. Modest⁹,  
æquus, victu temperans, quodq; omnium maximum du-  
plex. Emp. Quia ait? Alius ne extrinsecus, atq; intrinsecus  
alius? Mercu. Quare hunc si emeris, memento exterio-  
rem hunc atq; interioreni vocare. Emp. Quid vero nos  
uit potissimum? Mercu. Triplex bonum esse, animæ, cor-  
poris, ac fortunæ. Emp. Humana sapit, quanti est? Mercu.  
viginti minis. Empt. Magnum id quidem. Mercur. Non o-  
beate, etenim pecuniae quipiam habere videtur, quare  
causam haud dices, quin emas protinus. Discesq; primum  
ab eo etiam, quod annos viuat culex, quantoq; interual  
lo a sole distet mari profundum, & quæ nam sit ostrea q;  
vita. Empt. quæ hæc est diligentia, atq; exacta doctrina?  
Mercur. quid vero si & alia audias multa, longe iis acutio-  
ra? Nimirum de semine, ac generatione, de hominis in vte-  
ro formatione, & quod homo quiddam sit risibile, alius  
vero neq; risibile sit animal, neq; fabricæ aptum, neq; na-  
tatile. Emp. Grauiissima hæc sunt omnia, utileq; (quas  
dicas) disciplinæ, quapropter emo eum viginti. Mercur⁹.  
Esto, quis iam reliquus nobis factus est? Scepticus ille tu  
o Pyrrhia adesto, vt quamprimum vendare. effluit enim  
fam turba pene omnis, ac pauci iam admodum supersunt,  
quibus vendere licet. verūtamen quis emere & hunc vult?  
Emp. Ego, sed tu dic primum, quid nosti? Philosop. Nihil  
Emp. quomodo hoc abs te dictum est? Philo. quoniam nī  
hil omnino esse mihi videtur. Emp. Nonne & nos quidā  
igitur sumus? Philoso. Ne id quidem scio. Empt. neq; te  
quenpiam esse? Philo. Multo etiam id magis nescio. Em,

## VITARVM

O quæ hæc est dubitatio. quid hæc uero sibi uolunt state  
ræ? Philo. Appendo in eis rationes, atq; ad æquilibrium  
reduco, cunctæ uehementer similes æqualiç pondere eas eē  
uideo, tunc demum ignoro utra sit uerior. Emp. Quid ue  
ro aliud optime facis? Philo. Omnia, nisi q; fugitiuum cō  
prehendere nequeo. Emp. Cur id nequis? Philo. Quoniam  
o optime non comprehendendo. Em. Nil mirum, nam tardus  
segnisq; quispiam esse uideris. Cæterum quisnam est do  
ctrinæ finis tibi propositus? Philo. Imperitia, nihilq; neg  
audire neq; uidere. Em. Surdum igitur ac cæcum esse te di  
cis. Philo. Imo uero sine iudicio, ac sensu, nihiloq; uerme  
prestantiorem esse me. imp. Emendat es itaq; uel ob hæc  
maxime. Quanti hunc facis? Mercu. Mina attica. Emp. Ac  
cipe. Quid ais o noster, emi ego te? Philo. Incertum. Emp.  
Incertum: emptus quidem mihi es, data Epecunia. Philo.  
Nondum tibi assentio, sed hoc mecum tacitus ipse consy  
dero. Emp. Atqui tu me quidem sequere, uti seruum decet  
Philo. Quis nouit uera sin, nec ne quæ dicas? Emp. Præ  
eo, mina, quicq; adsunt omnes. Philo. adsunt ne hic nobis a  
liqui! Empt. Enim uero ego iam tibi in pristinum con  
fecto persuadebo dominum me tibi esse, tecq; causa esse in  
seriorem. Philo. Et de hoc dubito adhuc ac nihil dū assen  
tio. Emp. At ego iam per Iouem iudicau. Mercu. Tu qui  
dem huic desine obloqui, ac cōtradicere emptorēq; seque  
re. Vos uero in crastinum uocamus. Vendituri enim pri  
uatas mechanicasq; ac forensis yitas sumus. Finis.

Α ΙΕΡΑ

ἌΓΚΥΡΑ.



Sacra haec ancora non fefellerit.

Semper sic tibi nixa mens honesto

Sacra

ancora.

Ne tempestatum vis auferat, ancora sacra,  
Quo mentem figas, est facienda tibi.

εὐ ὄντος δικίθεα.

πολλάκις ἐμοὶ νοσήσασιν τὸν νεαρόν.